

## DE HALOSACHNE

Cordus: an vero halosachne medico-  
rum etiam, ex illorū numero sit, quæ  
fluctuans æstuansq; mare veluti pur-  
gandi sui gratia in littus eructat, & ve-  
luti inter alia huius generis excellens  
ppriè priuatimq; Germanicè Meer-  
blumen (id est maris flos vel purgaine-  
tum vocetur, nam flos Germanis ut in  
hoc vocabulo, ita & in fœminarū mē-  
fibus pro purgatione accipitur) id ve-  
rò attentiùs est considerandum. Vide  
ri autem potest halosachne medico-  
rum cum genus sit salis, & quidē sub-  
tilius, veluti ex aspergine maris, eiūsue  
spuma ortum, non minūs quàm ipse  
sal in aqua liquefcere: liquatus autem  
non ejcietur in litus: nisi quis marinā  
aquam adeò falsam esse putet, vt aliū  
salem non amplius imbibere possit.  
similē enim marinæ aquæ facturi me-  
dici, tantum salis addunt dulci, quan-  
tum ferè in ea tabescere potest, vel do-  
nec ouum innatet. Sed hæc maris ac-  
colæ, si qui sunt naturæ studiosi, con-  
sider-